



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616

Regulæ Admonitoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)



REGVLAE

ADMONITORIS.

P. 9. c. 4. §. 4. 1
 Officium suū
 modeste, &
 humiliter ob-
 eat.



A modestia, & humilitate
 officium suum obeat, vt sub-
 ditum decet erga Superio-
 rem, quem Christi loco ha-
 bet: niti enim debet, ne hu-
 ius muneris occasione, re-

uerentia atque obedientia interior, vel exte-
 rior in ipso debilior reddatur.

Seruet neces-
 sariam liberta-
 tem.

2 Animaduertat autem, ne reuerentia
 hæc, & obedientia fidelitatem, aut necessa-
 riam libertatem opprimat, quo minus Super-
 iorem admoneat de ijs, quæ, præmissa oratio-
 ne, proponenda in Domino iudicabit.

De quibus
 Superior ad-
 monendus.

3 Admoneat Superiorem de ijs, quæ ma-
 ior pars Consultorum ei dicenda iudicauerit:
 de alijs vero, quæ siue ipsi in mentem venient,
 siue ab alijs suggerentur, non facile eum ad-
 monebit, sed de ijs duntaxat, quæ non leuis
 momenti post orationem esse censuerit, siue
 illa ad personam, siue ad officium Superio-
 ris pertinebunt iuxta Constitutiones, & De-
 creta.

4 Ea

4 Ea, quorum Superiorem admonuerit, meminerit tacitus apud se seruare; quamuis interrogatus à Consultoribus de ijs, quæ ipsi commisissent dicenda, vel à Superioribus, rationem sui officij eis debet reddere.

P.9. c.4. §.4.
& c.5. §.2. &
Can.34. Cō-
greg. 1.
Quali secreto
teneatur.

5 Cum Superior cuiuspiam rei admonitus, illi remedium non adhibuerit, Admonitoris erit cum debita submissione iterum, & sapius eum commonefacere: quod si emendationem non sperat, facta prius oratione, id Superiori significet.

Quid si Su-
per. admoni-
tus remedium
non adhibet.

6 Admonitoris erit, ordinarias epistolas Consultorum suis temporibus colligere, atque ad mediatos Superiores mittere, nisi eas illi alia via mittere voluerint: simulque referet eisdem, vtrum illi scripserint, an non.

Consultorum
litteras mittet.

7 Caueat, ne occasione sui officij debitam subordinationem, & obseruantiam subditorum erga suos Superiores aliqua ex parte imminuat, aut debilitet.

Subditorum
erga Superio-
res obseruan-
tiam non im-
minuat.

8 Sigillum apud se habeat, quo suas, & Consultorum ac aliorum nostrorum literas, si ad eum detulerint, qui ad mediatos Superiores scribere voluerint, obsignare possit. Hoc tamen nulla ratione, sine facultate Superioris, vti licebit, nisi in ijs literis, quæ ad Superiores mediatos scribentur.

Sigillo quo-
modo, & quā-
do vtatur.